

THE SARUM RITE
Breviarium Sariburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 20.
Pagine 779-811.

Proprium de tempore.
Sexagesima.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMIX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2009.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2009.

[Dominica in sexagesima.]¹

1. **A.** **¶** Dominica in lx. tota cantetur hystoria.
Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.
Feria 4. de festo [sancte Brigide]² cum nocturno.
2. **A.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria et festum sancte Agathe differtur³ usque ad 3. feriam.
Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.
3. **A.** **¶** Dominica in lx. tota cantetur historia. 2. vespere erunt de commemoratione et memoria de dominica et de sancta Maria.
Feria 2. 6.⁴ et sabbato de commemorationibus.
Feria 4.⁵ de feria cum epistola et evangelio ejusdem ferie.
4. **A.** **¶** Dominica in lx. tota cantetur historia.
Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.
In anno bissextili fiet servitium de apostolo [Mathia]⁶ in sabbato et in 6. feria de sancta Maria.
In 5. feria epistola et evangelium de 4. feria et tunc ab hoc sabbato usque ad inchoationem historie *In principio*.⁷ accipietur 4. **G.** et inchoetur ad dominicam l.
5. **A.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia.
Feria 4. de sancto David episcopo et confessore ix. lectionum, omnia de communi.
Feria 5. de sancto Cedda episcopo et confessore, omnia de communi.
Feria 2. 3. et Sabbato de commemorationibus.
1. **B.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia et memoria tantum⁸ de festo [sancte Batildis].⁹
Feria 2. 3. et 6. de commemorationibus.
2. **B.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia et tantum memoria de sanctis [Vedasto et Amando].¹⁰
Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.
3. **B.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia.
Feria tertia, quinta et sabbato de commemorationibus.
4. **B.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia.
Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus.
Feria 5. de sancto Mathia.¹¹
In anno bissextili fiat servitium de apostolo in 6. feria, et tunc in 5. feria fiat una B-20.

commemoratio, et in 4. feria de feria cum epistola et cetera de eadem feria et tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem historie *In principio*. accipietur 4. **A.** pro littera dominicali, et inchoetur ad dominicam l.

5. **B.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia.
 Feria 2. 5. et sabbato, de commemorationibus.
 Feria 3. de sancto David, omnia de communi unius confessoris.
 Feria 4. de sancto Cedda ix. lectionum, omnia de communi unius confessoris et pontificis.
1. **C.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia.
 Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus.
2. **C.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia.
 Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.
 Feria 5. epistola et evangelium de 4. feria.
3. **C.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia et tantum memoria de sancto [Valentino].¹²
 Feria 2. 5.¹³ et sabbato de commemorationibus.
 Feria 4. et 6.¹⁴ de feria.
4. **C.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria.
 Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.
 In anno bissextili fiat servitium de Apostolo [Mathia]¹⁵ in 5. feria, et tunc in 4. feria fiat una commemoratio : in 6. feria de feria. Et abhinc usque ad inceptionem hystorie *In principio*. accipietur 4. **B.** et inchoetur ad dominicam l.
5. **C.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria.
 Feria 2. et 3. de sanctis [David et mox Cedda],¹⁶ ix. lectionum, omnia de communi unius confessoris et pontificis.
 Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.
1. **D.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria, et memoria de sancto Prejecto : et de sancta Maria, et festum sancti Pauli differatur in crastinum.
 Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.
 Feria 3. de sancto [Juliano]¹⁷ cum nocturno.
2. **D.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria et memoria de festo [sancte Brigide]¹⁸ et de sancta Maria. 2. vespere erunt de purificatione et solennis memoria de dominica.
 Feria 4. et 6. et sabbato de commemorationibus.
3. **D.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria.
 Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de festo [sancte Scolastice]¹⁹ cum nocturno.

Feria 4. et 6. de feria. Responsoria per ordinem : et epistole et evangelia earundem feriarum.

4. **℞.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria.

Feria 2. de festo [Juliane virg. et mart.]²⁰ cum nocturno.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

5. **℞.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria et festum [de cathedra]²¹ sancti Petri differatur in crastinum.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

In anno bissextili fiat servitium de apostolo [Mathia]²² in 4. feria, et tunc in 3. feria fiat una commemoratio, et in 5. feria dicuntur epistole et evangelia de 4. feria, et abhinc usque ad 2. diem Augusti accipietur 4. **℄.** pro littera dominicali et inchoetur ad dominicam l.

1. **℄.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria.

[80r.] Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 2. de sancto [Juliano ep. et conf.]²³ cum nocturno.

2. **℄.** **¶** Dominica in lx. totum servitium de purificatione ; ad utrasque vespas et ad matutinas fiat solennis memoria de dominica, et ad missam.

Feria 3. et sabbato de commemoratione et nichil de 3. commemoratione, et hystoria dicitur feriis 2. 5. et 6. et nichil de sanctis ibidem contingentibus nisi memoria tantum ad vespas et ad matutinas de sancta Maria. Missa dominicalis dicitur in 2. feria, et in 5. feria epistola et evangelium de 4. feria.

Feria 6. epistola et evangelium ejusdem ferie.

3. **℄.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 2. de festo [sancte Scolastice]²⁴ cum nocturno.

4. **℄.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia et tantum memoria de festo [sancte Juliane virg. et mart.].²⁵

Feria 2. 3. et 5. de commemorationibus.

Feria 4. et 6. de feria, epistola et evangelium earundem feriarum.

5. **℄.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia : 2. vespere erunt de apostolo [Mathia]²⁶ et solennis memoria de dominica.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus.

Sabbato de sancto David : oratio &c. de communi unius confessoris et pontificis.

In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in 3. feria : et tunc in 2. feria, 5. et sabbato de commemorationibus. Et abhinc usque ad inceptionem historie *In principio*. accipietur 5. **D.** pro littera dominicali, et inchoetur ad dominicam l.

1. **J.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia.
 Feria 3. 4. et 5. de commemorationibus.
 Feria 2. de festo [sancti Juliani ep. et conf.]²⁷ cum nocturno.
2. **J.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria. Ad i. vespervas que erunt de purificatione fiat solennis memoria de dominica et nulla memoria de sancto Blasio ad has vespervas sed ad matutinas et ad missam fiat memoria de sancto Blasio. 2. vespere erunt de dominica et memoria de commemoratione.
 Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus.
3. **J.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur historia et tantum memoria de festo [sancte Scolastice].²⁸
 Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.
 Feria 4. et 6. de feria.
4. **J.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria.
 Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus ; et in 2. feria dicitur missa *Salus pópuli*.
5. **J.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria et festum sancti Mathie differatur in crastinum.
 Feria 3. 4. et 5. de commemorationibus.
 Feria 6. de sancto David episcopo, ix. lectionum : omnia de communi unius confessoris et pontificis.
 In anno bissextili in sabbato de sancto David. Et tunc ab hoc die usque ad inceptionem historie *In principio*. accipietur 5. **E.** pro littera dominicali et inchoetur ad dominicam l.
1. **G.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria ; et memoria tantum de festo [sancte Agnetis secundo]²⁹ et de sancta Maria.
 Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus.
 Feria 3. de festo [sancti Batildis]³⁰ cum nocturno.
2. **G.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria.
 Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.
3. **G.** **¶** Dominica in lx. tota dicitur hystoria.
 Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de feria³¹ cum missa de 4. feria.

4. ④. ㊦ Dominica in lx. tota dicitur hystoria.

Feria 2. 3. et 4. de commemorationibus.

Sabbato de sancto Mathia.

In anno bissextili in 2. feria sequenti dicitur de sancto Mathia : et tunc in sabbato dicitur de sancta Maria, et in 4. et 6. feriis de feria. Epistola et evangelium earundem feriarum. Ab hac die usque ad inceptionem hystorie *In principio*. accipietur 4. ㊦. pro littera dominicali et inchoetur ad dominicam l.

5. ④. ㊦ Dominica in lx. tota dicitur hystoria.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de sancto David episcopo, ix. lectionum, de communi unius confessoris et pontificis.

Feria 6. de sancto Cedda episcopo, ix. lectionum, de communi unius confessoris et pontificis.

¶ Dominica in sexagesima.

Ad [j.] vesp̄eras.

Ant. Benedictus. [352].

Ps. Ipsum. (cxliij.) [352].

Capitulum. (2. Cor. xj. 19.)

Libenter suffertis insipientes cum
sitis ipsi³² sapientes. Sustinētis
enim si quis vos in servitūtem redigit,

si quis devorat, si quis accipit, si quis
extollitur, si quis in faciem vos cedit.

℞. Volens Noe. (viiij.) 796.

Hymnus. Deus Creator. [357].


℞. Vespertina oratio. [359].

AS:136; 1519:135r; 1531:80r.³³


Ant.
VI.



Quens Dó-mi-nus * ad No-e a- it, Po-nam



ar-cum me- um in nú- bi-bus ce-li : et e-rit sig-num



fé-de-ris inter me et inter terram. Ps. Magnificat. 64*.

Oratio.

Deus qui cónspicis quia ex nulla
nostra accióne confidimus :
concède propicius, ut contra ómnia


adversa, doctoris gentium protectione
muniámur. Per Dóminum.

sar0074.

¶ *Ad matutinas.*

AS:136; 1519:135v; 1531:80r.³⁴

1124. Invit.
VII.i.



uó-ni- am De- us * magnus Dómi- nus.
†Et Rex mag- nus su- per om- nes de- os.

Ps. Ve-ní- te. 41*.

Hymnus. Primo diérum. [7].

¶ *In primo nocturno.*

Ant. Servíte. [12].

Ps. Beátus vir. (j.) [12].

Versus. Memor fui nocte. [24].

¶ *Hac die dominica in primo nocturno et per totam ebdomadam legantur lectiones de Noe, quando de temporalibus agit usque ad Abraham.*

Lectio prima. (Genesis v. [31.])

Noe vero cum quingentórum
esset annórum : genuit Sem,
Cham, et Japhet.


(Cap. vi.)

Cunque cepissent hómines multi-
plicári super terram, et filias
procreássent : vidéntes filii Dei filias
hóminum quod essent pulchre,


accepérunt sibi uxóres ex ómnibus
quas elégerant. Dixítque Deus, Non
permanébit Spíritus meus in hómine
in etérnum : quia caro est. Erúntque
dies illíus : centum vigínti annórum.
Tu autem.

AS:136; 1519:135v; 1531:80r.³⁵


1. Resp.
VIII.




O-e * vir jus- tus atque perféc-tus cum



De- o ambu-lá- vit. †Et fe-cit ómni- a que-cúnque



pre-cé-pit e- i De- us. ✠. No-e autem invé-nit



grá-ti- am ante Dó- mi-num De- um. †Et fe-cit.

Lectio ij. [Gen. vj. 4.]

Gygántes autem erant super terram in diébus illis. Postquam enim ingrési sunt filii Dei ad filias hóminum illéque genuérunt : isti sunt poténtes a século viri famósi. Videns autem Deus quod multa malícia hóminum esset in terra, et cuncta cogitátio cordis inténta esset ad malum omni témpore : penítuit

eum quod hóminem fecisset in terra. Et precávens in futúrum et tactus dolore cordis intrínsecus : Delébo (inquit) hóminem quem creávi a fácie terre, ab hómine usque ad animántia, a réptili usque ad vólucres celi. Pénitet enim me fecisse eos. Tu autem.

AS:136; 1519:136r; 1531:80r.³⁶

2. Resp.
VIII.



I-xit Dómi-nus * ad No-e : Fi-nis u-ni-verse

car- nis ve- nit co-ram me. †Replé-ta est ter- ra
 i-niqui-tá-te e-ó- rum : et e-go dispérdam e- os
 6472a. cum ter- ra. ✠. Fac ti-bi archam de lignis
 le-vi-gá- tis : mansi- úncu-las in ar- cha fá-ci- es.

†Replé ta.

Lectio iij. [Gen. vj. 8.]

NOe vero invénit grátiam coram Dómino. He sunt generati- ónes Noe. Noe vir justus atque perfectus fuit in generati- ónibus suis, cum Deo ambulávit : et génuit tres filios, Sem, Cham, et Japhet. Corrupta est autem omnis terra coram Deo : et repléta est iniquitáte. [80v.] Cumque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram :) dixit ad Noe, Finis univérsae carnis venit coram me. Repléta est terra

iniquitáte a fácie eórum : et ego dispérdam eos cum terra. Fac tibi archam de lignis levigátis, mansi- únculas in archa fácies, et bitúmine línies intrínsecus et extrínsecus, et sic fácies eam. Trecentórum cubitórum erit longitúdo arche : quinquaginta cubitórum latitúdo, et triginta cubi- tórum altitúdo illius. Fenéstram in archa fácies : et in cúbito consum- mábis summitátem ejus. Ostium autem arche : pones ex látere deór- sum. Cenácula et trístega fácies in ea.

Tu autem.

AS:137; 1519:136r; 1531:80v.³⁷

Resp. 3.

V.



Uadra-gín- ta * di- es et noc-tes a-

7454.

pér- ti sunt ce- li: et ex omni car- ne ha-bénte

spí-ri-tum vi- te. †Ingrés- si sunt in ar- cham. ‡Et clau-

sit a fo- ris ós- ti- um Dómi- nus. ⁊. No- e

7454a.

ve- ro et ux- or e- jus: fí- li- i e- jus et ux- ó- res

fí- li- ó- rum e- jus. †Ingrés- si. ⁊. † Gló- ri- a. 94*.

‡Et clausit.

¶ *In ij. nocturno.*

Ant. Bonórum. [25].

Ps. Consérva. (xv.) [25].

℣. Média nocte. [33].

Medie lectiones de sermone beati Johannis episcopi : de lapsu primi hominis.

Lectio iiij.

Demo est qui nésciat in principio hóminem sic a Deo plasmátum esse : ut instruerétur prudéntia, informaretur consílio, ratiónis capax divína providéntia redderétur. Instruerétur inquam prudéntia, qua hostis calliditatem vitáret : consílio, quo salutária ac recta perquireret, ratióne, qua Deo Genitóri paréndum esse cognósceret. Etenim Dóminus Deus videns hóminem innocéntem quem fécerat : instrúxit, mónuit et armávit. Quippe qui cum dyábolo fúerat pugnatúrus : velut quibúsdam armis hoc est prudéntia consílio, ratióne fúerat instruendus. Addidit pretérea legem, qua Dei voluntátem cognósceret : et quid contemnénti eveníre posset addísceret. Qui quidem homo incáutus, dum dyábolo persuadénti magis quam Dómino jubénti consénsit : sic et vitam quam hábuit pérdidit, et mortem quam ignorábat accépit. Stabat Adam inter uxórem et dyábolum, inter Evam et

hostem : inter mulierem et serpéntem. Dyábolus persuádet ut nóceat : Eva conséntit ut péreat. Dyábolus mulierem astútia fallénti circumvénit : múlter incáuta serpentínium virus excépit. Dyábolus, quod per se non pótuit : per uxórem Adam prothoplastum circumvénit. Adam vero per uxórem invénit intéritum : quam a Deo accéperat in auxiliúm. Próthodol³⁸. Próspera in contrárium cedunt : utilia perníciam operántur. Dénique plus Adam domésticis, quam inimíci jáculis léditur. Plus próprio quam hóstili ense perimitur : plus mulieris quam extérno gládio vulnerátur. Accéssit enim serpens súbtillis ut fálleret : et accéssit non ut viro sed ut mulieri serpentínium virus inflígeret. Accéssit inquam : ut unius consénsu utrisque nocére potuísset. Soli persuádet quod ambóbus obésset : utrisque óbfruit quod unius ánimu malícia serpentis infécit. Tu autem Dómine miserére [nostri].³⁹

AS:137; 1519:136v; 1531:80v.⁴⁰


4. Resp.

III.



6055.

- di-fi-cá-vit * No-e al-tá-re Dó- mi- no :




óffe- rens su-per il-lud ho-lo-cáu-sta, odo-rá-tus est Dó-
[h]



mi- nus odó- rem su-a-vi-tá- tis, et be-ne-dí-xit
[h]



e- is. †Crésci- te et mul-tipli-cámi- ni et replé-




6055a.

te ter- ram. ⁊. Ec- ce e-go stá-tu-am pactum me-



um vo-bís- cum : et cum sémi-ne vestro post vos.



†Crésci- te.

Lectio v.


Denique conséntiens múlier talis
circa virum éxtitit : qualem
circa se malíciám serpéntis invénit.

Ab eo persuása est et persuásit, infécta
est et infécit : decépta est et decépit.
Que quídem múlier féritur senténcia


dúplici : áltera própria, áltera com-
múni. Própria, qua filios páre in
dolóre precépta est : commúni, qua
cum viro morti addícta est. Altera,
qua serpéti assénsit : áltera, qua
maríto persuásit. De consénsu enim,
in mortis senténtiam incidit : de
persuásu in dolóre filios páre méruit.
Hanc ígitur senténtiam et qui non
novit : dum pátitur discit, et qui
nescit, dum expúngitur sentit : et qui
ignórat, dum expétitur agnóscit.
Prónephas. Precéptum Dei contém-
nitur : et persuásio serpéntis áuditur.
Despícitur Deus próvidens : et ser-
pens áuditur decípiens. Spernúntur
salutária mónita : et recipiúntur
venenáta collóquia. Unde addícitur
homo ex contéptu morti : qui
máluit obedíre serpéti. Spoliántur
glória : dignitáte privántur. Facti
sunt quod non erant : dum amíttunt
quod fúerant. Adeo gaudet serpens
perpetrásse quod vóluit : letátur
peremísse hóminem quod optávit.
[81r.] Exúltat malície efféctus in hóminis
deceptióne implésse : et nescit infélix
vulnerátum semet dum vúlnerat,
trucidátum dum trucidat, dum hó-
minem périmit, seípsum esse


perémptum. Contristátur et Deus
hóminem ante senténtiam mortis
meruísse quam vitam, meruísse
intéritum quam salútem : glóriam
contempsísse quam mortem. Sed
tamen plus malícia serpéntis quam
hóminis contéptu commótus est :
plus falláciam diabóli quam hóminis
perfidiam denotávit. Adeo Dóminus
Deus et sevíciam execrátus est hostis :
et casum miserátus est hóminis.
Crudelitátem hostis exhórruit : et
decéptum hóminem patérna pietáte
condóluit. Inimíci atrocitáte permó-
tus est : et hóminem cleménter dóluit
qui decéptus est. Dénique Dóminus
Deus, Ubi es inquit Adam ? Ad
confessióem próvocat dum inté-
rogat. Vult eum fáteri peccátum :
dum ab eo inquirit admissum. Querit
miseréri, dum cum eo de culpa
collóquitur. Véniam cógitat : qui
casum contémpite legis incúsat. Ob-
júrgat culpam : ut possit tribúere
véniam. Ut quos formáre instruendo
non pótuit : eos possit confitendo
purgáre. Accípiunt induménta pel-
licea : ut qui conféssi delíctum jam
fúerant, véniam cultus humilitáte
percíperent.


AS:138; 1519:136v; 1531:81r.⁴¹

5. Resp. I.  7391.


D Onam * arcum me- um in nú-bi-bus ce- li

 di-xit Dó- mi-nus ad No- e. †Et re-cor-dá- bor


 fé-de-ris me- i quod pé-pi- gi te- cum.

 7391a.

✠. Cunque obdú-xe-ro nú-bi-bus ce- lum appa-ré-bit

 arcus me- us in nú-bi- bus. †Et re-cor-dá- bor.

Lectio vj.

 Sténdit Dóminus quibus officiis possint delicta purgári : osténdit confessióne et deformitate cultus, véniam posse facillime impetrári. Ut enim contumácia est celáre quod Deo teste commiseris : sic periculósum si splendóre cultus ánimi innocéntiam mentiáris. Nemo itaque nemo peccatórum vícia⁴² desperáta letícia cóntegat : nemo infécto delictis


ánimo dissimulatiónis virus infúndat. Animi vícia⁴³ : córporis meróre monstréntur. Si vexátus est ánimus lúgeat corpus : quóniam quótiens corpus in causa est : ánimus mestícia condoléscit. Certe quale est córporis vícia⁴⁴ sine ánimi compassióne esse non posse : tale est ánimi vícia⁴⁵ córporis compassióne privári. Páriter contriséntur : ut páriter véniam conse-

quántur. Quóniam utrósque simul aut beneficio fovéri : aut injúria vexári necesse est. Nec enim áliud est homo : quam córporis animíque concrétio. Hec enim duo quantum definitiónibus differunt : tantum hóminem dum jungúntur efficiunt. Ut enim in vita separári non possunt : ita nunquam boni malíque mérito separántur. Ut enim non potest a córporis bonis ánimus separári : ita ab ánimi malis corpus non potest dissociári. Si enim in Dei júdicio utrénque substántie aut supplicio aut prémio subjácere comprobántur, cur non et in isto século páriter aut mestícia aut letícia perfruúntur ? Unde tibi Christiáne excusátio nulla est : qui post servitútem liberátus es, post captivitátem redémptus, post vexatióem curátus, post intéritum restitútus. Habes in mónitis quod exérceas : habes exémpla que tíneas. Adam enim nec falláciam diáboli norat, nec decépti cujúsquam casum defléverat : qui quidem forsán posset evádere, nisi prior cum hoste dum conflígit occúmberet. Te jam ínstruit Dóminus : tibi gestórum exémpla


propósuit. Ecce (inquit) sanus factus es, jam noli peccáre : ne quid tibi detérius fiat. Noli inquit peccáre post véniam, noli vulnerári post curam : noli sordidári post grátiam. Cógita (inquit) o homo graviórem culpam esse post véniam : renovátum vulnus pejus dolére post curam, moléstius hóminem sordidári post grátiam. Quare indulgéntie ingrátus est, qui post véniam peccat : sanitátis indignus est, qui semet postquam curátus est vulnerat. Nec mundári merétur : qui seípsum post grátiam sórdidat. Porro qui post ablutióem non peccat, merétur et prémium : qui post curam cautus est, sanitátis pósidet donum, qui grátiam illésam tenúerit : eternitátis accípiet regnum. Grave est enim hóminem instrúctum delínquere : grávius jam absolutum peccáre. Servo peyor est : qui patrónum post datam libertátem offéndit. Beneficii ingrátus est : qui datórem tumóris arrogántia déspicit. Quare aut salútem de exémpla acquiré, aut de consórtio símilem senténtiam métue : ne séverum séntias júdicem : qui [81v.] benígnum contémpseris persuasórem.

AS:138; 1519:137r; 1531:81v.⁴⁶


6. Resp.
VI.




Er me-me-típ-sum * ju-rá- vi di- cit Dómi- nus :



non a-dí-ci- am ultra aquas di- lú-vi- i su-per ter- ram :




pac-ti me- i re-cor-dá- bor. †Ut non per- dam



a- quis di- lú-vi- i om-nem car- nem. ✠. Po-



nam ar-cum me-um in nú- bi-bus ce- li : et ju-rá-bo



per déx-te-ram me- am. †Ut.

✠. Glória. 94*. †Ut.

¶ *In iij. nocturno.*

Ant. Precéptum. [34].

Ps. Celi enarrant. (*xviiij.*) [34].

✠. Exaltáre Dómine. [40].

[*Evangelium*]⁴⁷ *secundum Lucam viij. [4-15].*



IN illo tēpore :
Cum turba
plūrima conveni-
rent et de civitā-
tibus properārent
ad Jesum : dixit
per similitūdinem,

Exiit qui séminat : semināre semen
suum. Et reliqua.

*Omelia beati Gregorii pape (15).*⁴⁸

Lectio sancti Evangēlii quam
modo fratres charissimi audistis,
expositiōne non indiget : sed ammo-
nitiōne. Quam enim per semetīpsūm


véritas expósuit : hanc discūtere
humána fragilitas non presúmit. Sed
est quod sollícite in hac ipsa
expositiōne Domínica pensāre debe-
ámus : quia si nos vobis semen
verbum, agrum mundum, vólucres
demonía, spinas divítias significāre
dicerémus : ad credéndum nobis
fórsitan mens vestra dubitāret. Unde
et idem Dóminus per semetīpsūm
dignátus est expónere quod dicébat :
ut sciátis rerum significatiōnes qué-
rere in his étiam que per semetīpsūm
nóluit⁴⁹ explanāre.

AS:138; 1519:137r; 1531:81v.⁵⁰


7. Resp.

VI.

sar0660.




Equi-é- vit * ar-cha mense sēp-timo su-per




montes Armé- ni- e. †Et aque i- bant et decres-cé-


sar0660a.



bant usque ad dé-ci-mum men- sem. ⁊. Dé-



cimo e-nim mense prima di- e men-sis : ca-cúmi-na



mónti- um ap- pa- ru- é- runt. †Et aque.


Lectio viij.

EXponéndo ergo quod dixit figuráte se loqui innótuít : quátenuš nos certos rédderet cum vobis nostra fragilitas verbórum illíus figurá aperíret. Quis enim michi unquam créderet, si spinas divítias interpretári voluísem, máxime cum ille pungant iste deléctent ? Et tamen spine sunt : quía cogitatiónum suárum punctiónibus mentem lácerant. Et cum usque ad peccátum pértra-

hunt : quasi inflicto vúlneré mentem cruéntant. Quas bene hoc in loco (álio evangelísta testánte) nequáquam Dóminus divítias : sed falláces divítias appéllat. Falláces enim sunt : que nobíscum diu manére non possunt. Falláces sunt : que mentis nostre inópíam non expéllunt. Sole autem vere divítie sunt, que nos dívites virtútibus fáciunt. Tu autem Dómine miserére.

AS:139; 1519:137v; 1531:81v.⁵¹


8. Resp. VIII.



VO-lens No-e * sci-re si jam cessás-sent aque,



emí-sit co- lúmbam, que ramum vi-réntis o- lí-ve



in o- re su-o dé- fe-rens. †Ad archam re-vér-


sar0673.

Dominica in sexagesima.

sar0673a.




sa est. *℣.* Dé-fe-rens autem signum cleménci-e




De- i co-lúmba in o- re su- o. †Ad.

[*Ad vesp̄as dicatur.*]⁵²



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu-



i Sancto. †Ad.

Lectio ix.

SI ergo fratres charíssimi esse divites cúpitis : veras divítias amáte. Si culmen veri honóris quéritis : ad celéste regnum téndite. Si glóriam dignitátum dilígitis : in illa supérna angelórum cúria ascríbi festináte. Verba Dei que aure percípitis : mente retinéte. Cibus enim mentis : est sermo Dei. Et quasi accéptus cibus stomácho languénte rejícitur : quando audítus sermo in ventre memórie non retinétur. Sed quisquis aliménta non rétinét : hujus profécto vita desperátur. Eterne ergo mortis perículum formidáte : si cibum sancte predicatiónis accípitis, sed verba vite,

id est aliménta justície in memória non tenétis. Ecce transit omne quod ágitis : et ad extrémum judícium sine ulla mométi interpositióne quotidie voléntes noléntesque properátis. Cur ergo amátur quod relínquitur ? Cur illud negligitur, quo pervenítur ? Mementóte quod dícitur : Si quis habet aures audiéndi áudiat. Omnes enim qui illic áderant : aures córporis habébant. Sed quia cunctis aures habéntibus si quis habet aures audiéndi áudiat, dicit : aures proculdúbio cordis requírit. Curáte ergo ut accéptus sermo in cordis aure remáneat. Curáte ne semen juxta

Dominica in sexagesima.

viam cadat : ne malignus spíritus
véniat, et a memória verbum tollat.
Curáte ne petrósa terra semen

excípiat : et fructum boni óperis sine
perseverántie radicibus mittat. Tu
autem.

AS:139; 1519:137v; 1531:81v.⁵³

9. Resp.
VI.




E-ne-dí- cens * er-go De- us No- e a- it :


sar0609.



Nequá-quam ultra ma-le-dí- cam ter- re propter




hó- mi-nem. †Ad imá-gi-nem quippe De- i fac- tus est




sar0609a.

ho- mo. ✠. Hoc e- rit signum fé-de- ris inter me




et ter-ram : arcum me- um po- nam in nú-bi-bus



ce- li. †Ad imá-gi-nem. ✠. Gló- ri- a Pa- tri et

Dominica in sexagesima.



Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sanc- to. †Ad imá-gi-nem.

54

[*Ante laudes.*]

∅. Excélsus super omnes. [44].

¶ *In laudibus.*

AS:140; 1519:138r; 1531:81v.



1. Ant.

Li.


4846.



E-cúndum mul-ti-tú-di-nem * mi-se-ra-ti-ónum



tu-á-rum Dómi-ne : de-le i-niqui-tá-tem me-am.



[82r.] *Ps. Miserére. (l.)* [173].

AS:140; 1519:138r; 1531:82r.




2. Ant.

VIII.ii.

2175.



E-us me-us es tu * et confi-tébor ti-bi : De-us



me-us es tu, et ex-al-tá-bo te. *Ps. Confitemini. (cxvij.)* [95].


AS:140; 1519:138r; 1531:82r.

3. Ant.
VII.i.



D te de lu-ce * ví-gi-lo De- us, ut ví-de-am vir-

1254.



tú-tem tu-am. *Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:140; 1519:138r; 1531:82r.

4. Ant.
IV.i.



Ymnum dí-ci-te * et su-per-ex-al-tá-te e- um in

3154.



sé-cu-la : be-ne-dí-ci-te. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].


AS:140; 1519:138v; 1531:82r.

5. Ant.
V.i.



mnes ánge-li e- jus : * laudá-te Dómi-num de ce-lis.

4116.



Ps. Laudáte. (*cxlviij.*) (*℣c.*) [49].


Capitulum. Libénter suffértis. 784.

Hymnus. Eterne rerum. [52].

℣. Dómine refúgium. [54].

AS:140; 1519:138v; 1531:82r.⁵⁵

2040. Ant. VIII.i.



Um turba * plú-rima conve-ní-rent ad Je-sum, et de
ci-vi-tá-ti-bus prope-rá-rent ad e-um, di-xit per simi-li-
tú-di-nem : Ex-i- it qui sé-mi-nat semi-ná-re semen su-um.


Ps. Benedíctus. 68*.

Oratio. Deus qui cónspicis. 784.

¶ *Adj.*

AS:141; 1519:138v; 1531:82r.⁵⁶

4859. Ant. VIII.ii.




E-men cé-ci-dit * in terram bo-nam : et áttu-lit
fructum á-li-ud centé-simum, et á-li-ud sex-a-gé-simum.

Ps. Deus Deus meus réspice. (xxj.) [91].

¶ *Ad iij.*

AS:141; 1519:138v; 1531:82r.⁵⁷

Ant.
VIII.ii.



4860.

Emen cé-ci-dit * in terram bo-nam : et áttu-lit



fructum in pa-ti- énti- a. *Ps.* Legem pone. (*cxviiij. iij.*) [132].

Capitulum. Libénter suffértis. 784.

Responsoria et versus sicut in proxima dominica p̄cedenti ad omnes horas dicuntur.
765.

¶ *Ad vj.*


AS:141; 1519:138v; 1531:82r.

Ant.
I.v.



3490.

E-sus hec di-cens * clamá-bat, Qui ha-bet aures



audi- éndi áudi- at. *Ps.* Defécit. (*cxviiij. vj.*) [141].

Capitulum. (2. *Cor. xij.* [2.])

¶ Scio hóminem in Christo ante
annos quatuórdecim sive in cór-
pore sive extra corpus, néscio Deus


scit : raptum hujúsmodi usque ad
tértium celum.

¶ *Ad ix.*

AS:141; 1519:139r; 1531:82r.⁵⁸

5483.


Ant.
VI.



O-bis da-tum * est nosse mysté-ri- um regni De- i,



cé-te-ris autem in pa-rá-bo-lis, di-xit Je-sus di-scí-pu-lis



su- is. *Ps. Mirabilia. (cxviiij. ix.)* [150].

Capitulum. (2. Cor. xij. [3.])



Cio hujúsmodi hóminem sive in
córpo-re sive extra corpus, néscio
Deus scit : quóniam raptus est in

paradísium : et audivit archána verba
que non licet hómini loqui.

¶ *Ad [ij.] vesp̄as.*

Ant. Sede a dextris. [311].

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311].

Capitulum. Libénter suffértis. 784.

Hymnus. Lucis Créator. [316].

Ÿ. Dirigátur Dómine. [317].

AS:141; 1519:139r; 1531:82r.⁵⁹


4503.

Ant.
Ii.



Ui verbum De- i ré-ti-nent * corde perfécto et ópti-

Dominica in sexagesima.



mo : fructum áffe-runt in pa-ti- énti- a. *Ps. Magnificat.* 53*.


Oratio. Deus qui cónspicis. 784.

¶ *Quotidie per ebdomadam dicuntur responsoria ad matutinas secundum ordinem nocturnorum hystorie dominicalis, quando de feria agitur.*


¶ *He sequentes antiphone dicuntur per ebdomadam⁶⁰ super psalmum Benedictus. et Magnificat. [Antiphona hoc modo sic.]⁶¹*

AS:141; 1519:139r; 1531:82r.⁶²


Ant.
III.iv.



4862.




Emen est * verbum De- i, sa-tor autem Chris-tus :




omnis qui audit e- um ma-né-bit in e-térnum. S.A.E.

AS:141; 1519:139r; 1531:82r.⁶³


Ant.
Ii.



4557.




Uod au-tem * cé-ci-dit in terram bo-nam, hi sunt



qui in corde bono et ópti-mo verbum ré-ti-nent : et fructum

Dominica in sexagesima.




áffe-runt in pa-ti- énti- a. S.A.E.


AS:142; 1519:139v; 1531:82r.

4915.

Ant.
VII.ii.



I ve-re fratres * dí-vi-tes esse cú-pi-tis : ve-ras




di-ví-ti- as amá-te. S.A.E.


AS:142; 1519:139v; 1531:82r.⁶⁴

4882.

Ant.
VII.ii.



I culmen * ve-ri honó-ris qué-ri-tis : ad il-lam



ce-léstem pá-tri- am quantó-ti- us prope-rá-te. S.A.E.

¶ *Feria secunda.*

Lectio prima. (*Gene. vj. [17.]*)

Ecce ego addúcam dilúvii
aquas super terram, et inter-
ficiam omnem carnem in
qua spíritus vite est subter celum : et
univérſa que in terra sunt consumén-
tur. Ponámque fedus meum tecum :
et ingrediéris archam tu et filii tui,
uxor tua et uxóres filiórum tuórum
tecum. Et ex cunctis animántibus
univérſe carnis bina indúces in

archam, ut vivant tecum : masculíni
sexus et feminíni. De volúcribus
juxta genus suum et de juméntis in
génere suo, et de omni réptili terre
secúndum genus suum, bina de
óm nibus ingrediéntur tecum : ut
possint vívere. Tolles ígitur tecum ex
óm nibus escis que mandi possunt, et
comportábis apud te : et erunt tam
tibi quam illis in cibum.

Lectio secunda. (*Gene. [vj. 22.]*)⁶⁵

Fecit ergo Noe ómnia que
precéperat illi Deus. Dixit íta-
que Dóminus ad eum, Ingrédere tu et
omnis domus tua in archam : te enim
vidi justum coram me in generatióne
hac. Ex óm nibus animántibus
mundis tolles septéna et septéna,
másculum et féminam : de animán-
tibus vero immúndis, duo et duo,
másculum et féminam. Sed et de
volatílibus celi, septéna et septéna,

másculum et féminam : ut salvétur
semen super fáciem univérſe terre.
Adhuc enim et post dies septem, ego
pluam super terram quadragínta
diébus et quadragínta nóctibus : et
delébo omnem substántiam quam feci
de superficie terre. Fecit ergo Noe
ómnia que mandáverat ei Dóminus.
Erátque sexcentórum annórum :
quando dilúvii aque inundavérunt
super terram.

Lectio iij. [*Gen. vij. 7.*]

Et ingrédus est Noe et filii ejus,
uxor ejus et uxóres filiórum ejus
cum eo in archam : propter aquas
dilúvii. De animántibus quoque
mundis et immúndis, et de volúcribus
celi juxta genus suum, et ex omni

quod movétur super terram, duo et
duo ingrédus sunt ad Noe in archam
másculus et fémina : sicut precéperat
Deus Noe. Cum transíssent septem
dies : aque dilúvii inundavérunt super
terram. Anno sexcentésimo vite Noe [82v.]

mense secúndo, septimadécima die mensis, rupti sunt omnes fontes abýssi magne : et catharácte celi

apérte sunt. Et facta est plúvia super terram quadragínta diébus et quadragínta nóctibus.

¶ *Feria iij.*

Lectio j. (Gene. vij. [13.])

N artículo autem diéi illius ingressus est Noe, Sem, Cham, et Japhet filii ejus, uxor illius et tres uxóres filiórum ejus cum eis in archam, ipsi et omne ánimal secúndum genus suum, universáque juménta in génere suo, et omne quod movétur super terram in génere suo : cunctúmque volatíle

secúndum genus suum, univérse aves, omnésque vólucres ingrèsse sunt ad Noe in archam bina et bina ex omni carne, in qua erat spíritus vite. Et que ingrèssa sunt in archam másculus et fémína ex omni carne introiérunt sicut precéperat ei Deus. Et inclúsit eum Dóminus de foris. Tu.

Lectio ij. [Gen. vij. 17.]

Factúmque est dilúvium quadragínta diébus et quadragínta nóctibus super terram : et multiplicáte sunt aque et elevavérunt archam in sublíme a terra. Vehementérque inundárunť : et ómnia replevérunt in

superfície terre. Porro archa ferebátur super aquas : et aque prevaluérunt nimis super terram. Opertíque sunt omnes montes excélsi sub univérso celo. Quíndecim cúbitis áltior fuit aqua super montes quos operúerat.

Lectio iij. [Gen. vij. 21.]

Consumptáque est omnis caro que movebátur super terram : vólucrum, animántium, bestiárum, omniúmque reptílium que reptant super terram : univérsi hómines et cuncta in quibus spiráculum vite est super terram : mórtua sunt. Et delévit Deus omnem substántiam que

erat super terram ab hómine usque ad pecus, tam réptile quam vólucres celi : et deléta sunt de terra. Remánsit autem solus Noe et qui cum eo erant in archa. Obtinuerúntque aque dilúvii terras : centum quinquagínta diébus.

¶ *Feria iiij.*

Lectio j. (Gene. viij. [1.])

Recordatus est autem Deus Noe, cunctorumque animantium et omnium jumentorum que erant cum eo in archa : et adduxit spiritum super terram, et imminute sunt aque. Et clausi sunt

omnes fontes abyssi, et catharacte celi : et prohibite sunt pluvie de celo. Reversaque sunt aque de terra euntes et redeuntes : et cepérunt minui post centum quinquaginta dies.

Lectio secunda. [Gen. viij. 4.]

Requievit archa mense septimo vicesimaséptima die mensis : super montes Arménie. At vero aque ibant et decrescebant : usque ad decimum mensem. Décimo autem mense : prima die mensis : apparuerunt

cacumina montium. Cunque transissent quadraginta dies, apériens Noe fenestram arche quam fecerat : dimisit corvum. Qui egrediebatur, et non revertebatur donec siccaréntur aque super terram. Tu autem.

Lectio iij. [Gen. viij. 8.]

Emisit quoque columbam post eum : ut vidéret si jam cessassent aque super faciem terre. Que cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in archam. Aque enim erant super universam terram. Extenditque manum et apprehensam intulit in archam. Expectatis autem ultra septem diebus

aliis : rursum dimisit columbam ex archa. At illa venit ad eum ad vesperam : portans ramum olive viréntibus foliis in ore suo. Intelléxit ergo Noe : quod cessassent aque super terram. Expectavitque nichilominus septem alios dies : et emisit columbam que non est reversa ultra ad eum.

¶ *Feria quinta.*

Lectio prima. (Gene. viij. [13.])

Ngitur sexcentésimo primo anno, primo mense, prima die mensis : imminute sunt

aque super terram. Et apériens Noe tectum arche : respexit, viditque quod exsiccata esset superficies terre.

Mense secúndo séptima et vicésima die mensis : arefácta est terra. Locútus est autem Deus ad Noe dicens, Egrédere de archa tu et uxor tua : filii tui et uxóres filiórum tuórum tecum. Cuncta animántia

que sunt apud te, ex omni carne tam in volatílibus quam in béstiis et univérsis reptílibus que reptant super terram educ tecum : et egredímini super terram. Créscite et multiplicámini super eam.

Lectio secunda. [Gen. viij. 18.]

[83r.] **E**gréssus est ergo Noe et filii ejus : uxor illíus et uxóres filiórum ejus cum eo. Sed et ómnia animántia, juménta et reptília que reptant super terram secúndum genus suum : de archa egréssa sunt. Edificávit autem Noe altáre Dómino : et tollens de cunctis pecóribus et volúcribus mundis, óbtulit olocáusta super altáre, odorátusque est Dóminus odórem

suavitátis, et ait ad eum, Nequáquam ultra maledícam terre propter hómínes. Sensus enim et cogitátio húmáni cordis : in malum prona sunt ab adolescéntia sua. Non ígitur ultra percútiám omnem ánimam vivéntem, sicut feci. Cunctis diébus terre seméntis et messis : frigus et estus, estas et hyems, nox et dies non requiéscent.

Lectio iij. (Gene. ix. [1.])

Benedixitque Deus Noe et filiis ejus : et dixit ad eos, Créscite et multiplicámini, et repléte terram : et terror vester ac tremor sit super cuncta animália terre, et super omnes volucres celi, cum univérsis que movéntur in terra. Omnes pisces maris mánuí vestre trádicti sunt : et omne quod movétur et vivit erit vobis in cibum quasi ólera viréntia trádicti vobis ómnia : excépto quod carnem cum ságuine non comédetis.

Sánguinem enim animárum vestrárum requíram de manu cunctárum bestiárum : et de manu hómínis. De manu viri et fratris ejus : requíram ánimam hómínis. Quicúnque effúderit húmánum sánguinem : fundétur sanguis illíus. Ad imáginem quippe Dei : factus est homo. Vos autem créscite et multiplicámini : et ingredímini super terram, et impléte eam.

¶ *Feria vj.*

Lectio prima. (Gene. ix. [8.])

Ec quoque dixit Deus ad Noe : et ad filios ejus cum eo. Ecce ego státuam pactum meum vobiscum et cum sémine vestro post vos, et ad omnem ánimam vivéntem que est vobiscum tam in volúcribus quam in juméntis et

pecúdibus terre cunctis que egréssa sunt de archa : et univérsis béstiis terre. Státuam pactum meum vobiscum, et nequáquam ultra interficiétur omnis caro aquis dilúvii : neque erit deinceps dilúvium díssipans terram. Tu autem.

Lectio secunda. [Gen. ix. 12.]

Dixítque Deus, Hoc signum féderis quod do inter me et vos, et ad omnem ánimam vivéntem que est vobiscum in generatiónes sempitérnas. Arcum meum ponam in núbibus : et erit signum féderis inter me et inter terram. Cunque obdúxero núbibus celum, apparébit arcus meus in núbibus, et recordábor féderis mei quod pépigi vobiscum : et cum omni ánima vivénte que carnem

végetat, et non erunt ultra aque dilúvii ad deléndam univérsam carnem. Eritque arcus meus in núbibus : et vidébo illum et recordábor féderis sempitérni quod pactum est inter Deum et inter omnem ánimam vivéntem univérse carnis que est super terram. Dixítque Deus Noe, Hoc erit signum féderis quod constitúti inter me et omnem carnem super terram.

Lectio iij. [Gen. ix. 18-27.]

Erant igitur filii Noe qui egréssi sunt de archa : Sem, Cham, et Japhet. Porro Cham : ipse est pater Chánaam. Tres isti sunt filii Noe : et ab his disseminátum est omne humánum genus super univérsam terram. Cepítque Noe vir agrícola exércere terram : et plantávit véneam. Bibénsque vinum inebriátus est : et


nudátus jácuit in tabernáculo suo. Quod cum vidísset Cham pater Chánaam verénda scílicet patris sui esse nudáta : nunciávit duóbus frátribus suis foras. At vero Sem et Japhet pállium imposuérunt húmeris suis, et incedéntes retrórsu operuérunt verénda patris sui : faciésque eórum avérse erant, et patris virília

non viderunt. Evigilans autem Noe ex vino, cum didicisset que fecerat ei filius suus junior : ait, Maledictus Chanaan : servus servorum erit fratribus suis. Dixitque, Benedictus

Dominus Deus Sem : sitque Chanaan servus ejus. Dilatet Deus Japhet, et habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan servus ejus.

Notes, pages 779-811.

- ¹ SB:dv.
² SB:dv.
³ 'differatur', SB:dv.
⁴ 'Feria ii. v. et Sabbato' (*Portiforium* A.D. 1525-6). [SB:dv.]
⁵ 'Feria iv. de Feria' (*id.*). [SB:dv.]
⁶ SB:dv.
⁷ Per 'historiam *In principio*' non designatur tempus legendi librum Genesim (quamquam ita sonat initium primi Responsorii, in Septuagesima) sed librum Sapientie, cujus historia mense Augusto jam inito, aut mox ineundo, cantatur. [SB:dv.]
⁸ 'tantum memoria', SB:dv.
⁹ SB:dv.
¹⁰ SB:dv.
¹¹ 'Maria' *Portif.* 1525-6, per incuriam. [SB:dv.]
¹² SB:dvii.
¹³ SB:dvi. has '3.' with the note " 'v.' (sed per litteram arabicam ٥) Brev. 1531."
¹⁴ SB:dvi. and 1531:79v. have '5'.
¹⁵ SB:dvii.
¹⁶ SB:dvii.
¹⁷ SB:dvii.
¹⁸ SB:dvii.
¹⁹ SB:dvii.
²⁰ SB:dvii.
²¹ SB:dvii.
²² SB:dvii.
²³ SB:dix.
²⁴ SB:dix.
²⁵ SB:dix.
²⁶ SB:dix.
²⁷ SB:dix. It would appear that St. Julian takes precedence over the second feast of St. Agnes.
²⁸ SB:dix.
²⁹ SB:dxi.
³⁰ SB:dxi.
³¹ 'Fe. 5 de fes.' *Portiforium* 1525-6, sed perperam *fes.* pro *fe.* [SB:dxi.]
³² 'ipsi sitis', 1519:135r.
³³ In 1519:135v. 'ad' is set GB_bB_bAGF; 'núbibus' is set AGF.G.GAG.
³⁴ In 1519:135v. 'Dóminus' is set C.DED.CDCCB. In PEN:58r. 'magnus' is set DEFED.D.
³⁵ 1531:80r. has 'vero' in place of 'autem.' In PEN:58r. 'quecúnque' is set G.DF.G.

- ³⁶ In AS:137. 'eórum' is set A.AGACDCC.CB. In PEN:58v. there is not note for the final syllable of Repléta'; 'dispérdam' is set CA.CD.C. In PEN:58v. the repetition is to 'Et ego'.
- ³⁷ SB:dxv. has 'et filii'. 1519:136r. has no flats at 'óstium Dóminus'. BL-52359:95v. has no flats at 'apérti sunt'; a flat appears at the beginning of 'óstium'. In PEN:58v. 'ejus' is set CD.C.
- ³⁸ Prothdolor. (ed. 1531) hoc est *Proh dolor*, vel *Pro dolor!* [SB:dxvi.]
- ³⁹ SB:dxvii.
- ⁴⁰ 1531:80v. has 'eis dicens, Créscite'. In 1519:136v. 'multiplicámini' ends FE. 1519:136v. has a flat only at 'repléte'. BL-52359:95v. has no flats. PEN:58v. and 1519:136v. have no flats at 'suavitátis' or at 'eis'.
- ⁴¹ BL-52359:96r. omits flats at 'recordábor' and 'celum'.
- ⁴² I.e. 'vítia'; c.f. *Patrologia cursus completus* XCV. (1851):1209.
- ⁴³ I.e. 'vítia'; c.f. *Patrologia cursus completus* XCV. (1851):1209.
- ⁴⁴ I.e. 'vítia'; c.f. *Patrologia cursus completus* XCV. (1851):1209.
- ⁴⁵ I.e. 'vítia'; c.f. *Patrologia cursus completus* XCV. (1851):1209.
- ⁴⁶ In 1519:137r. the second 'dilúvii' is set FGAGAB_b.A.AGFED.ED. In BL-52359:96r. 'archum meum' is set B_b.B_b AB_bCDC. In PEN:59r. 'dilúvii' is set FGAGAB_b.A.AGFED.ED.
- ⁴⁷ 1519:138r.
- ⁴⁸ *Gregorii* in Evangelia Lib. I. Homil. xv. *Opera*, tom. I. col. 1488. [SB:dxv.]
- ⁴⁹ 'vóluit', [SB:dxvi.], 1531:81v. 'Nóluit' appears in the J. Wickam Legg, ed, *The Second Recension of the Quignon Breviary*, Vol. 1. (London, 1908), 79.
- ⁵⁰ In AS:138. this $\text{R}\ddot{\text{z}}$ appears a fourth lower—but this gives a whole-tone below the finalis in the verse at 'menis' and at 'apparúerunt'. The higher transposition of 1519:137r. PEN:59r. and BL-52359:96v. accommodates the semi-tone below the finalis in the verse. In AS:138. 'montes' is set FF.DC. PEN:59r. has no flat.
- ⁵¹ In AS:139. 'ore' is set DFEDCD.DC. In 1519:137v. 'reversa' is set thus:
- 

re-vér- sa
- ⁵² 1519:137v. The following 'Glória Patri' does not appear in 1531.
- ⁵³ 1531:81v. has 'Benedicens ergo Dóminus'. In 1519:138r. no natural appears at 'terram' or at 'Fílio'; 'erit' is incorrectly set B_bCE.FEFED.ED. In BL-52359:97r. 'maledícam' is set G.CEG.GFDC.C. BL-52359:97r. has no natural at 'terram'; 'ponam' is set EDEGCEDE.E; 'núbibus' is set F.D.C; 'et Spirítui Sancto' is set EDEGDEF.ED.F.D.C AB_bC.C. In PEN:59v. 'homo' is set FDEGAEDECEDCB_bC.C; 'Sancto' is set FDEGCFDECEDCB_bC.C.
- ⁵⁴ PEN:59v. includes the texts of four ferial responsories here, but with only blank staves. They are included in the Appendix.
- ⁵⁵ In BL-52359:97r. 'civitatibus' is set C.C.C.DE.DC.
- ⁵⁶ AS:141. and 1519:138v. have 'óptulit' for 'áttulit'. 1531:82r. omits 'et'.

Notes.

- ⁵⁷ 1519:138v. and PEN:60v. have 'óbtulit' for 'áttulit'. In BL-52359:97v. 'áttulit' is set AC.C.C.
- ⁵⁸ The flat appears only in Penpont:60v, but it can be presumed in the other sources, which give the chant on C; however, BL-52359:97v. gives the chant on F, which requires a natural.
- ⁵⁹ 1531:82r. has 'bono et óptimo'.
- ⁶⁰ 'per ordinem'. 1519:139r.
- ⁶¹ 1519:139r.
- ⁶² In AS:141. 'sator' is set G.AB. BL-52359:97v. has 'manet in etérnum.'; manet is set G.GF.
- ⁶³ 1531:82r. and BL-52359:97v. have 'verbum Dei rétinent'. In BL-52359:97v. 'Dei' is set G.G.
- ⁶⁴ 'quam tótius', 1519:139v. BL-52359:98r. provides 4 neums for 'honóris': B.Cd.C.A.
- ⁶⁵ 1531:82r. indicates 'Gen. vij.'